Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



125

Et immolauerunt filios suos & filias suas demoniis.
Et effuderunt sanguinem innocentē sanguinem
filiorum suorum & filiarum suarum quas
sacrificauerunt sculptilibus chanaan.
Et interfecta est terra in sanguinib: & contamina
ta ē in operibus eorum & fornicati sunt in ad
inuentionibus suis.
Et iratus est furore dnī in populo suo & abomina
tus est hereditatē suam.
Et tradidit eos in manus gentium & dominati
sunt eorum qui oderunt eos.
Et tribulauerunt eos inimici eorum & humilia
ti sunt sub manibus eorū sepe liberauit eos.
Ipsi autem exacerbauerunt eum in consilio suo
& humiliati sunt in iniquitatib: suis.
Et uidit cū tribularentur & audiuit orationē eorum.
Et memor fuit testamenti sui & penituit eum
secdm multitudinē misericordiē suē.